

Christianus Hiltebrandus

**Rector Universitatis Rostochiensis Christianus Hiltebrandus, Logices Prof.
Ducal. Ordin. Publ. Beatis Manibus Matronae ... Annae Sibrandiae, Viri ... Dn.
Reinoldi a Gehren I.U.D. antea Dicasterii Provincialis Adsessoris ... huius Urbis
per multos annos Syndici ... Relictae Viduae Hocce erigit Monumentum
Omnesque Cives Academicos Ad Exequias ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, [1686]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761180>

Druck Freier  Zugang



Hiltebrand, Chr.,
in
A. S i b r a n d ,
viduam R. à Gehren.
R o s t o c k , 1 6 8 6 .

26

I. N. 3.
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
CHRISTIANUS HIL-
TEBRANDUS,
Logices Prof. Ducal. Ordin. Publ.
Beatis Manibus

Matrone Nobilissima, omnisq; pietatis ac virtutis
exercitio inclutæ

ANNÆ
SIBRANDIÆ,
VIRI Nobilissimi, Consultissimi Amplissimi,
DN. REINHOLDI à Gehren
J.U.D. antea Dicasterij Provincialis Adses-
soris gravissimi, poste à inclitæ huius Urbis per
multos annos Syndici Longe meritissimi
Relictæ Vidiæ
Hocce erigit Monumentum
Omnesque Cives Academicos
Ad
Exequias freqventer eundas Per amanter Studioseq; invitat.
ROSTOCHII Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.



Omo verè Christianus,

posthabitatis terrenis hisce & eva-
nescientibus mundi gloriis seu po-
tius qvisq[ue]libet, ea, qvæ sursum
sunt unicè, spectans, qvamnam
fortem, qvamvè conditionem per
omnem suam vitam expectaverit
Regius Psaltes David sumpta ab
æruminosis agricolarum laboribus
comparatione, eaque ad afflictis

rimum gentis Judaicæ sub gravissimo Captivitatis Babylo-
nicæ jugo qviritantis statum accommodata, Ps. 125. gra-
phicè depingit, inquit: *Qui seminant in Lacrymis in ex-
ultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina
sua; venientes autem venient cum exultatione portantes mani-
pulos suos: Qvænam agricolarum fortuna, qvænam ærum-
narum, agrum colentium, perpessio, eadem & Christi-
anos, si non major ac deploratior, qvamdiu mortalitati
immorantur, exercet, nec concinnius quid ac vero magis
consentaneum dici potest, qvam, si veri Christiani vita cum
agricultura conferatur.* Nonne agricolæ, ut taceam,
qvod, ceu hominum abjectissimi, omnium contemtui &
ludibriis sunt expositi, innumeris Laboribus atque æ-
ruminis quotidie premuntur Nonne anteq[ue]am exoptatae
messis spes affulgeat nunc agros proscindere, mox relin-
dere, nunc occare, nunc tertiare, nunc denique semi-
na, non sine multis sudoribus & impendiis triturata, cre-
du[er]e spe, & coecâ qvadam futuræ messis expectatione sul-
cis credere, inductisq[ue] occis terrâ obruere & quasi sepe-
lire coguntur, plurimas interim injurias cœli, intoleran-
damq[ue] imbrium, procellarum aliarumq[ue] tempestatum
sæviciem patientes? Eodem sane modo veri Christiani

qvi

qui improbe huic mundo mera *neglecta* videntur dum di-
vini verbi sementim facturi futuræ messi, quam beatissima
vitæ cœlestis adeptio recipit ac pollicetur, studiose operan-
tur, qvæ non patiuntur? Ab incunabulis ad usqve ex-
tremum vitæ halitum cum perpetua & concathenata qvæsi
malorum serie colluctantur, nunc frigore, nunc æstu,
nunc curarum laborumqve mole premuntur; accedit in-
terior carnis imbecillitas ac perpetua contra Cacodæmonum
insultus ac tentationes pugna; Accedunt extrinsecus fa-
mes; morbi, bellorum pericula, incendiorum clades,
variae persecutiones, dira malevolorum odia.. Verbo
dicam: In lacrymis nascuntur ac educantur, in lacrumis
omnem transfigunt vitam, in lacrymis deniqve animam
DEO reddentes, corpus exutum in terræ pulvere depo-
nunt. Qvemadmodum vero agricolæ lacrymis qvidem ac
suspiriis dum laboriosam suam sementim faciunt, non
parcunt, ærumnas tamen suas futuræ messis spe solantes,
omnium virium niſu pergunt, nec ab opere suo recedunt
prius, quam seminibus suis terræ creditis, sationem ab-
solverunt: Eodem qvoqve modo Christiani ab omnibus
hujus vitæ ærumnis invictos se præstantes, nobilissimum-
qve verbi divini semen animis suis inclusum tenent fre-
mente orbe & orco, procellosaque urgentium malorum
nube omnia obtenebrante, strenui procedunt, variarum
Christianarum virtutum ac bonorum operum sementem
faciunt, tandemqve corpora, animabus in manum DEI
commendatis, in terram, ceu fœcundum semen abjici-
unt, certo iperantes, fore ut instantे universalis resur-
rectionis messe, multiplici cum fœnore illa recipient, non
amplius imbecillia ac fragilia, sed spiritualia ac immorta-
lia, qvibus in posterum nulla mortalitatis ac infirmitatis
lues nocere valeat. Eodem etiam hac spe Nobilissima

æ omni Christianarum virtutum ornamentis præstantissima
Matrona ANNA von Gehren / omnes hujus vi-
tae adversitates pie solata est, & ultimos mortis terrores ceu
generosa victrix superavit. Cum enim & ipsa hactenus ceu
spiritualis seminatrix inter varias hujus vitæ difficultates &
molestias laudabilem veræ pietatis ac bonorum operum se-
mentem fecisset, ac tandem corpus quoque suum terræ in-
ferendum esse videret, certissima de hac messe, ac æternæ vi-
tae gaudiis singulariqvodam tripudio, anima DEO redditâ
corpusculum suum exangve & exanime terræ mandandum
nobis reliquit. SIT MEMORIA EJUS IN BENEDI-
CTIONE ! Qvæ autem de Nobilissime Matrone Nativitate,
Progenie, Vita Morbo & Morte prolixè recensenda erant,
Vir Nobilissimus, Consultissimus, Excellentissimus atq[ue]
Amplissimus D N. JOHANNES SIBRAND; J. U. D
& Antecessor celebratissimus, Dn. Collega noster conjun-
ctissimus, Fautor atq[ue] amicus astutissimus, certissimus,
scriptione sua, qvam hic verbotenus, prout accepimus, in-
séri curavimus prolixius exprimit. Extemporalis hujus

Appellationis qvæ ansam præbebit extemporali Pro-
grammati, non simplex excusatio. Potissima autem,
quod stemma piè functæ Amitæ, Parentis mihi loco cul-
ta, una cum adib[us] in nupero illo fatali incendio cum
aliis scriptis perierit, ut fuerim coactus hinc inde ruderæ
ex naufragio quasi colligere Breviter ergò ut pro tem-
poris ratione deliniem fata dictæ Dn. Amitæ, bæc na-
ta A. C. 1605. Patre Viro Nobilissimo Amplissimo atq[ue]
Consultissimo Dn. JOHANNE SIBRANDO Avo & vi-
ternum suscipiendo Professore hujus Alma famigeratissi-
mo

monet non Syndico inclita hujus Civitatis longe mer-
tissimo, Matre autem **ANNA SCHILLINGIA** Con-
sulis hujus Reipubl. dum viveret fulgidissimi, Herman-
ni Schillingii filia. Avo autem Henrico Sibrando,
Cive hujus Urbis facile primario primoq; Centum Vi-
ro; Reliquos Majores silentie peplo ut involvam.
Hisce Clarissimis nata Parentibus per sacram bapti-
smi lavacrum DEO initata inq; virtutibus muliebri
sexui maximè decentibus enutrita omnibus virginali-
bus coruscavit dotibus, dum A. 28. etatis matrimonio
jungeretur Viro Amplissimo atq; Prudentissimo
Dn. Joachimo Nesen, Senatorii Ordinis heic lo-
ci non postremo, qui quatuor ex hac Nostra sustu-
lit liberos, duos masculos, Johannem & Alexan-
drum quorum ut erg; in tenella etate Spiritum DEO
reddidit, vix annale impletos tempus. Ex filiabus
Anna & Anna Catharina prior itidem primo tem-
pore vitam cum morte commutavit, altera autem,
nupsit Viro Nobilissimo, Amplissimo atq; Consultissi-
mo Dn. D. Conrado Schukmanno, Dicasterii
Provincialis Designato Adsess. gravissimo ex qua Avia
facta Joachimi Schukmanni, f. C. Serenissimi,
quam apud exteris degentis & mortem desideratissima
Avia gravissime & summo cum meroe lugentis. Quo
functo eandem matrimonio sibi junxit Vir Nobilissi-
mus, Amplissimus atque Experientissimus Dn. Geor-
gius


gius Detharding, Civitatis Anseatice Stralsundensis
Physicus, hoc tempore autem Serenissimi Nostri Princi-
pis Gustroviensis Archiater & Physicus illius Civita-
tis longè dignissimus, fautor, Affinis atque Amicus
jummus, qui ex desideratissima Conjuge, eandem red-
didit Aviam, filii ejusdem cum Dn. Parente nomi-
nis, filiarum itidem Annæ Dorothæ, quæ Viro
Plurimum Reverendo Clarissimo Dn. Victorio Pfeiffer
Pastori Bellinensi vigilantissimo nupsit ejusdemque fi-
liola quæ jam spiritum DEO reddidit Pro Avia facta,
altera ex neptibus, Concordia Dethardings quam
excepit Catharina Elisabetha. Expleto viduitatis
anno nostra Beata ad secunda accessit vota, verè se-
cunda anno scil. 1640. juncta Dn. Dri Reinholdo
à Gehren, antea Adiessori Dicasterii Provincialis
gravissimo postea per multos annos Syndico hujus Ur-
bis longè meritissimo, Seni cum moreretur octogenario
ita ut sic dirigente divina Providentia terque jumnum
Senii gradum attigerit, raro hodie felicitatis exemplo, ex
hoc sustulit duos itidem filios Johannem scil. Everhar-
dum qui demum animum applicuit ad vitam œconomi-
cam, quod quidem vite genus, semper innocentissimum
habitum, ductaque uxore ex stemmate Greliano no-
stra quatuor filiorum redditâ Avia, quod ex eo natos
viderit Reinholdum David, Georgium Friederi-
cum; Johannaem Danielem, & Paulum Valenti-
num

num ex quibus primus præsens, summo, cum animi
mærore luctuq; proseqvitur acerbissimum dilectissimæ
~~Avia~~ funus; ex altero autem Dn. Bernhardo Friede-
rico Juris Ddo fulgidissimo, ~~quondam~~ Secretario Sere-
nissimi Dueis Nostri Gustro viensis, Postmodum Mts
Reg. Dania Minister & Commissario Dithmarsie præ-
positus dexterinus. Cujusquidem liberalitatem affatim hac
nostra experta, cuiusq; conjux Vidua Prevenstediana,
nupere adhuc agrotantem in visit maximoq; solatio agro-
tanti fuit, quæ quidem duobus exhiberavit nepotibus quod
ex illo Reinholdus & Ernestus nuper eandem Aviam
salutarint, cum proximo anno iter consilio istius isthuc
dirigeret, ultimumq; quamvis insperato dixisset Vale.
Qui quidem omnes & singuli acerbissimè & luctuosissimè
hoc triste nuntium accepere & adhuc dum accepturi sunt.
Vitam porrò si examinare ticeret paululum exactius, ex-
clamandum foret cum sapientissimo Regum. Ad-
spexi cuncta Jub sole & nil nisi labor vanitas & lucta.
Vix aliter evenire potuit quod Deus Ter. Opt. Maximus
ita Iseverit suos exercere. Quam pia fuerit in vita,
devota in precibus, frequens in concionibus, omnibus no-
tum, ita ut verè dici possit fuisse precatricem ardentissi-
mam. Quam beneficia porrò in pauperes, aliis depræ-
dicandum relinquo ut ita etatem transegerit nemini
gravis existendo, sed quæ crederet se in eum finem vive-
re, ut cunctis profacultatibus prodeisset. Indemors quinq;
Iuis

suis & bonis acerbior: morbum quod concernit & obitum, Iudicium quidem Dn. D. Wolfii, Pastoris Marianii & P. P. hujus Almae celeberrimi Fautoris Amici & Collegae astutissimi, in medium proferrem, uti & Dn. D. Barnstorffii Professoris itidem farrigeratissimi & Affinis lectissimi, Rectoris designati magnifici, aetemporis exclusor angustia Sufficiat ergo pie functa hanc deposuisse mortalitatem die 13. (die adeoq; ut in fastis exprimitur Angelii, in Angelicum suscepta cohortem) hujus Mensis circa horam 8 vā matutinam Major ocluagenaria. Ossa molliter cubent. Nos ubi cunq; ac quando cunq; Deo visū sequemur. Ite nunc, CIVES ACADEMICI HONORATISSIMI, & exeqviali officio MATRONÆ NOBILISSMÆ exuvias ad Marianum quietorium comitamini frequentes. Cæterum ita vivite, ac si post horam & vobis sit migrandum!

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS Decimo Tertio Calendas Novembr. Anno clc lcc xxvii.

Conventus siethoral. in Aede Mariana.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774761180/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761180/phys_0016)

DFG

num ex quibus primus præsens,
 mœrore luctuq; prosequitur acce-
 Avia funus; ex altero autem Da-
 rico Juris Dao fulgidissimo, quo
 nissimi Dueis Nostri Gustrovie
 Reg. Dania Minister & Commis-
 positus dexterimus. Cujusquidem
 nostra experta, cuiusq; conjux
 nupere adhuc agrotantem invisi-
 tanti fuit, que quidem duobus ex-
 ex illo Reinholdus & Ernestu-
 salutarint, cum proximo anno
 dirigeret, ultimumq; quamvis in
 Quidem omnes & singuli ace-
 hoc triste nuntium accepere &
 Vitam porrò si examinare licet
 clamandum foret cum sapientia
 spexi cuncta sub sole & nil nisi
 Vix aliter evenire potuit quod Da-
 ita Iseverit suos exercere.
 devota in precibus, frequens in
 tum, ita ut verè dici possit fui-
 mam. Quam beneficia porro
 dicandum relinquo ut ita atque
 gravis existendo, sed quæ crea-
 re, ut cunctis proficiatibus pro-



cum animi
 dilectissima
 do Friede-
 etario Sere-
 odum Mts
 marsia pre-
 affatim hæc
 venstediana,
 solatio agro-
 potibus quod
 idem Aviam
 o istius isthuc
 xisset Vale.
 luctuosissime
 ccepturi sunt.
 exactius, ex-
 im. Ad-
 tas & lucta.
 ot. Maximus
 fuerit in vita,
 omnibus no-
 em ardentissi-
 alis depræ-
 gerit nemini
 m finem vive-
 demors quoq; iuis